UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CVIII. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet auf Abschlag von Schulden dem Rulo Liebenthal die Bede des Dorfs Lindenbusch, am 27. Juni 1353.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55861

Visual Library

CVII. Markgraf Ludwig d. R. verleiht dem Rulo Liebenthal die kleine Heide bei Neuenburg, am 20. Juni 1353.

Noverint vniuerſi etc., Quod nos Ludovicus Romanus etc. contulimus et preſentibus conferimus ſtrenuo viro Ruloni Levendal, fideli noſtro dilecto et ejus heredibus parvam mericam prope Nigenborg jacentem cum omnibus ſuis obvencionibus, venacionibus, aquis, paludibus et ſtagno in dicta merica ſito, annona ejusdem merice in mellicidio ipſius merice duntaxat excepto, quam noſtris vſibus reſervamus, perpetuis temporibus pacifice poſſidendam. Pro qua quidem collacione nobi Rulo in ducentis et L marcis denariorum levium excredit pro expenſis. In cujus etc. preſentibus Vchtenhagen, Valkenburg, Griffkow, Otto Oſth de Slivenn cum ceteris. Datum Konnisperg, Anno MCCCLIII, feria V^{a}. ante Johannis Baptiſte.

Aus Dickmann's Urk.-Sammlung des K. Geh. Staatsarchives fol. 255.

CVIII. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet auf Abſchlag von Schulden dem Rulo Liebenthal die Bede des Dorfs Lindenbuſch, am 27. Juni 1353.

Nouerint — Quod nos Ludowicus Romanus etc. Contulimus et conferimus per preſentes ſtrenuo viro Ruloni Leuendal ſuisque ueris et legittimis heredibus precariam denariorum et frumenti carniumque ville noſtro Lindenbuſch cum omnibus et ſingulis ad dictam precariam pertinentibus ſeruicio curruum duntaxat excluſo, habendam, tollendam iuſto quoque pignoris titulo tamdiu pacifice poſſidendam, quouſque prefato ruloni ſeu dictis ſuis heredibus de C et LXXXVII talentis denariorum levium pro quibus nobis ac familie noſtre in terris noſtris trans oderam morantibus vt ſua nobis computacione lucide demonſtrauit neceſſaria excredidit et conquiſiuit, nec non de XVI occiſione cuiuſdem equi nobis dati, de dicta precaria integre fuerit ſatisfactum et inde ſumma totaliter dicte precarie ſine qualibet contradictione libere reuertetur. In cuius etc. Preſentibus Haſſone de Vchtenhagen, Haſſone de Wedel, Ottone de Sliwen, Trutenberg, milites cum ceteris. Datum noua Landesberg, Anno LIII°., feria V^{a}. poſt beati Joannis Baptiſte.

Aus der Dickmann'ſchen Urk.-Sammlung der Bresl. Univ.-Bibliothek.